

**Pragmatica svper recta, et iusta prouisione
officialium Cancellariae.**

[s.l. : s.n., 16--?].

Signatura: FEV-AV-CAJAS-00304

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente

Diversos

107

PRAGMATICA SUPER recta, & iusta prouisione offi- cialium Cancellariæ.

NOS Philipus &c. Experientia rerum ma-
gistra compertum est officiales, & ministros
nostros, qui nostræ Regiæ Cancellariæ de-
seruiunt, neq; scientia, neq; rerum experientia ita
pollere, vt officia ipsis commissa recte valeant ad-
ministrare, quod euenit in curia officialium no-
strorum quibus id curæ existit, qui obliuiscuntur ordina-
tionum domus nostræ Coronæ Aragonū multo
ab hinc tempore quoscunq; etiã incapaces ad offi-
cia ipsa admiserunt, nulla habita ratione qualita-
tis personarum, & officiorum prædictorum, quod
nedum nostræ Regiæ Curia, & seruitio nostro dam-
nosum existit: sed etiam negotia à nostra Regia
Cancellaria emergentia quæ pollitè, & accuratè
expediri debuerant ineptè, & insultè inde egre-
diuntur. Volentes tanto malò salutarè medela
succurrere recognitis in nostro S. S. R. Concilio
ordinatione per Serenissimum Regem Martinum
ac Pragmatica per Catholicum Regem Ferdinan-
dam abauum nostrum memoriæ recolendæ condi-
tis circa officia nostræ Regiæ Cancellariæ illas ne-
dum admisisimus sed etiam ampliauimus, quarum
tenores sequuntur sub his verbis: Part aço volents
quels escriuans nostres de manament sia aixi com
se pertany en llur offici aptes & sufficients, e entre
les altres coses per les quals la abtesa è sufficiencia
de aquells es obtenguda, es vs e practica de les no-
stres escriuanies è Cancellaria, volem, e ordenam q
daci auant algun escriua de manament, ya per nos
rebut altra aquells qui ya han exercici del dit offi-
ci en nostra Cancellaria, equitacio han haguda en
nostra scriuania aixi com demunt es dit, e qui daci
auant se rebra no sia per nos, o nostre Cancellor,

V1-



Vicecanciller, Regent de la Cancilleri, o altre official nostre rebut a quitacio, o serueia algu de nostra Cancilletia, si donchs aquel tal escriua no fera estat de la escriuania nostra en aquella haura seruit per quatre anys cumplits.

E aixi mateix volem e ordenam que nos daciauant no rebam ne rebre pugam al escriuania de Registra algun escriua si aquell primerament no ha estat per quatre anys ab Protonotari, o ab algu dels Secretaris, Lloctinent de Protonotari, o ab algu dels escriuans de manament nostres, e encars que per nos fos rebut, o fet escriure volem que nostre Protonotari, o Lloctinent de aquell no admeten ne hagen puguen, o sien tenguts a admetre aquell, o aquells al exercici del dit offici per molts manaments que per nos los sien fets, com molts insuficients per nos per importunitat de molts e no conexença de aquells si an estat rebuts e si lo contrari de aci auant fera fet que quant algu qui per lo dit temps haura seruit Protonotari, o escriua de manament fera per nos fet escriua de Registre sia proposaren quitatio, e altres drets a tot altre qui no hagues seruit algu dels demunt dits per lo dit temps.

Nos Ferdinandus &c. Studiose intendere debemus; vt cum illis qui seruitio nostro incumbunt benefacimus rebus domus nostræ cōsulamus, & si vtrumq; simul prouidebimus non sine prudentia, & equitate arbitramur satisfactum esse nobis ipsis, & eis qui nobis obsequuntur, cumq; decens imò necessarium sit officia quæ in dies contingit in Cancellaria nœstra vacare personis idoneis, & expertis conferre, & sciamus nos Protonotarium, & Secretarios nostros nihil aliud nec circa alia nocte dieq; elaborare præterquã in his quæ ad exercitium officiorũ eorundem spectat, & attinet ac dũ illi imò nobis inseruiunt maximos subeũt labores assiduitateq; exercitij apti fiunt vnica tantum proposita spe,

ſpe, vt ad vacatura officia in ipſa Cancellaria pro-
moucantur. Idcirco ne id quod eos habere oportet
alij intercipient. Tenore præſentis noſtræ Prag-
maticæ Sanctionis cunctis temporibus firmiter valitu-
ræ ſtatuiſus ſancimus, & ordinamus quod in adipi-
ſcendis officijs ab inde in Cancellaria noſtra vacatu-
ris alumni dictorum Protonotarij, & Secretariorum
noſtrorum quibusuis alijs personis præferantur qui-
buſcumq; ſpectaturis, aut prouiſionibus verbo, aut
ſcriptis per nos factis, aut faciendis ſecus diſponenti-
bus minime obſiſtentibus. Decernentes ſcienter, &
conſulto ex nunc inane nullum, & inuolidū ſiquid
forte ſcienter, aut ignoranter prouideretur. Man-
dantes ſub pœna priuationis officiorum ſuorū Can-
cellario, Vicecancellario, Regenti Cancellariã, &
ſcribæ portionis Protonotario item, & Locumtenē-
tenti in eius officio quod huiuſmodi Pragmaticã
ſanctionem ad vnguem obſeruent. In cuius rei te-
ſtimonium præſentem fieri iuſſimus noſtro ſigillo
communi a dorſo munitam. Dat. in Ciuitate Bar-
cinonæ die quinto menſis Octubris anno à Natiuita-
te Domini Quadringenteſimo octuageſimo primo.
YO EL REY. Cumq; maxime interſit in noſtra Re-
gia Cancellaria in qua negotia ſtatuum noſtrorum
gubarnationis, & gratiæ ac adminiſtrationis iuſtitia
per tractantur, miniſtris idoneis polleat ipſa facilius
expediri noſtrumq; Regiū ſeruitium accuratius fieri
valeant, quod obiter efficietur ſi ad ipſius Cancellaria
officia illi ſeligantur qui cū noſtro Protonotario
eiuſq; Locumtenente Secretarijs ac ſcribis mandati
noſtris moram traxerint circa exercitia officiorum
ſuorum occupati qui futuræ vtilitatis præmio com-
moti, vt ad vacatura officia in ipſa noſtra Cancellaria
promoucantur circa iſta toto pectore operam na-
uabunt, idcirco ne id quod ipſi elaborarint, alij in-
tercipient. Tenore præſentis Pragmaticæ ſanctionis
cunctis futeris temporibus firmiter valituræ de no-
ſtra certa ſcientia deliberate, & conſulto noſtraq; Re-
gia auctoritatē prædictas, & præinfertas prouiſionē,
&

11.100/9

R

& Pragmaticam Regias laudantes, & approbantes
 illas, & vtramq; earum omniaq; & singula in eis con-
 tenta obseruari, & compleri mandamus, & illis adē-
 do declarandoq; eas statuimus, & ordenamus quod
 predicti scribæ mandati, & sollicitatoris sigillatorū
 petitioneridū califfatoris cetera registri, & alia quæ-
 cumq; iisdem modi officia nostræ Regiæ Cancellariæ
 tam per obitū quam per renuntiationem à nobis
 nec predecessoribus nostris nullatenus cōcedi valeant
 nisi personis natis, & natis intra Regna nostræ
 Coronæ Aragonū, & comprehensis in ordinatione, &
 Pragmatica præinserta habita ratione ad qualitatē
 officialiū cum quibus morā traxerint temporis quo
 in seruientia ac aptitudinis qua predicti fuerint id
 enim foris, & legibus Regnorū nostrorū quadrare no-
 stroq; iudicio maxime in cūbere cognouimus quod
 a subditis nostris feruentius fiet quo officia nostra in
 suos cōsumunt ellexerint quibuscumq; Pragmaticis
 & ordinationibus domus nostræ secus disponētibus
 nō obstantibus vllō modo. Iubentes, & expresse pro-
 hibentes Protonotario nostro eiusq; Locumtenenti
 ac officium predictū Regenti quod ad exercitia offi-
 ciorū predictorū neminem admittant nisi forma,
 & tenore huiusmodi nostrarum literarum plenimo-
 de obseruata. Decernentes scienter, & consulto ex
 nunc in futurum, & inane ac inualidum si quid forte a
 nobis, aut officialibus nostris in oppositum predicto-
 rum prouideretur. Cancellario, vero Vicecancellario
 ac Regentibus nostrā Cancellariā scribæ Portionis
 ac Protonotario nostro predicto eiusq; Locumtenē-
 ti sub pœna priuationis suorum officiorū ac alijs
 pœnis obitū nostro reseruatis expresse iubemus
 quod nostram huiusmodi Pragmaticā sanctionē, &
 ordinationē ac alia præinserta omniaq; & singula
 præcontenta ad vnguem teneant firmiter, & obser-
 uent, & faciant ab alijs inuiolabiliter obseruari sic
 enim e mente nostra procedit. In cuius rei testimo-
 nium presentem scripturam nostram communi si-
 gillo a tergo munitas. Dat. *...*

C.B. 6000000 013066
FEV-AV-CASAS-00304